

www.e-rara.ch

Opera omnia Ioannis Pici, Mirandulae concordiaequae comitis, theologorum & philosophorum ... principis: viri, sive linguarum, sive rerum, & humanarum & divinarum, cognitionem spectes, doctrina & ...

**Pico della Mirandola, Giovanni Francesco
Reuchlin, Johannes
Henricpetri.**

Basileae, [1557]

Stiftung der Werke von C.G.Jung, Zürich

Shelf Mark: Online

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-7988>

Antonio archiepiscopo coloniae Agrippinae, VII. viro principi, electori, Iohannes Herold. s.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien - von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material - from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes - des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelnformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [\[Link\]](#)

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [\[Link\]](#)

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [\[Link\]](#)

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [\[Link\]](#)

ANTONIO ARCHIEPISCOPO COLO-
 NIAE AGRIPPINAE, VII. VIRO PRINCI-
 pi, Electori, Iohannes Herold. S.



VM hominum doctorum applausu magnō, Opera quæ extant
 IOANNIS PICI, Mirandulani illius, egerentur, hæc tanta, atq;
 ingenij planè diuini monumenta, ANTONI VII. VIR Pri-
 ceptus, fausta nominis tui præfatione ut illustrarem rationis habebã
 per plurimum, non minus autem fidutiæ, hoc amplitudini tuæ a-
 lienissimi hominis factum, & de alieno labore meum munus, tibi,
 tuiq; simillimis uiris illustribus, cōprobare me facile posse. quan-
 do quidem, in hac Reipublicæ Germanæ lætitiâ & alacritate, quã
 accessionæ summæ tuæ dignitatis commotam apertissimæq; fer-
 re omnes uideo, gaudio nō perfundi, non modo aliena gloria mœ-
 rentis, & honestate spoliati cuiusdã obrectatoris peccatū, uerum
 etiam, prima quaq; occasione, gratulationi me non offerre, leuita-
 tis & stultitiæ plenam quandam tergiuersationem existimem. Ad salutem etenim Reipub. effica-
 cius esse nihil, quàm si uniuersitatis suffragio contributæ potestati, lectorum aliquid singulare
 sapientiæ studium accedat. imò & tritum illud est. Beatas esse Respublicas, quando qui summã te-
 nent, in doctrinæ & uirtutis negotio omne suum tempus ponant: quod quidem nunc Germaniæ
 nostræ, duris profectò ac difficillimis hisce temporib. contigit, eamq; ingenti & propè explorata
 spe pristinæ autoritatis & libertatis erexit, maxima ac nunquã intermoritura nominis tui AN-
 TONI VII. uir Princeps, gloria. Ut enim de fortunæ donis nihil dicam, quæ omnia, ac quan-
 tum altissimæ tuæ dignitatis gradus desiderare uideretur, expleta atq; cumulata habes, claritatē
 uidelicet SCHAUMBURGIÆ stirpis, facultatū amplitudinem, formã heroicam, quibus
 multis ac maximis fortunæ impotentis perturbationibus, tuorūq; hominū incōmodis mederi
 imò efficere potes, ut sint sub tuo imperio quàm beatissimi, hoc delectari plurimū uideo omnes,
 quod te ab initio ætatis, summè omnis pietatis, omnis philosophiæ studiosum intelligunt, ac na-
 tura talem esse, ut etiã sine præceptis sapientissimorū hominū, quæ boni uiri sint officia, summa
 cura didiceris. adhibita uerò synceriores pietatis doctrina, uirtutes omnes te excoluisse, ita ut ceu
 de cœlis missus diuinus aliquis homo, inter arbitros rerum Germanicarum, VII uiratus scilicet
 in collegiū, receptus fratriq; suffectus sis: quo quidem extincto, quasi lumen, reluceat sanctitas,
 & prudentia & grauitas tua, ut consulat humano generi, prouideat saluti omnium, immanibus
 ac barbaris nationibus terrorem incutiat. Sacrosancta enim illa Christianæ persuasionis doctri-
 na, clamoris altercationibus quantum nunc temporis conuellitur: quibus cōcertationibus ijsq;
 infinitis, non inuoluitur: certe cōtentionibus amarissimis ijsdemq; æmulatione ardentibus, tan-
 de fermè obruitur: dum omnium ore celebratur, suscepta dignitate, tibi antiquissimã esse pietatē,
 ac ea ut purè & castè numini diuino tribuatur: ut religionis ratio Apostolorum patrumq; insti-
 tutis tradita, incorrupta defendatur, redintegreturq; uerum te Pontificem & magistrum sacro-
 rum unice studere. Iam nonnullorum cupiditates quàm occulta odia atq; acerba inter Germa-
 nos concitarant: quæ dissidijs crudelissimis, etiam inter coniunctissimos initium dederunt, quo
 ad discordijs potentium et clarorum uirorum, fortunæ optimi cuiusque confunderentur, ac uir-
 multitudinis, plebis concitatione, seditionumq; omni genere, bellum tandem Patriæ, crudele,
 quidem ac exitiosum conflaretur, in quo perfidiæ, proditiōis, scelerum & flagitiorum, calami-
 tatis deniq; exemplum nullū defuit, uniuersi uerò interitus, impotentisq; Tyrannidis barbararum
 gentium comminatio præsentis. Tantorum autem ac fraternorum certaminum reliquiæ,
 quibus consilijs extinguantur, morsusq; intermissæ libertatis quibus artibus consolidandi, hu-
 manitate auctorem, ingenio ducem, animi magnitudine constantissimum patriæ principem, in
 optimatum huius sacri Imperij comitijs, in priuatis conuentibus exhibere te, fama & auditiōne
 accipio. hanc ipsam quoq; hominū de te opinionē collectam instaurare te, fundamēto quodam
 perpetuæ commendationis, charitate nempè erga proximum, sine qua nihil laudabile, Christia-
 nū nihil esse potest. Post etenim diuinorum negotiorum sollicitudinem, primam curarum tuarū
 esse referunt, in rebus causisq; tuorum ut æqualitas conseruetur: quæ sequitur deinde, ordinum
 dignitas integra sit, studijs bonis, afflictis miserisq; ut succurratur clementer atq; hilariter pro-
 spicit. Atqui exteriora cum semper domesticis præferantur, immenso uastoq; cōsentientis popu-
 li fremitu, in conciliū cœlestiū collocare sentimus iam illam tuam animi benigni propensionem,
 qua subuenire gestis, pro sacris, pro pignoribus, pro focis pugnantibus fratribus, qui perpetua
 Turcarum uexatione direptioneq; indigne expilantur, mactantur, incq; captiuitatē abducuntur
 præsertim cum ipse perspicias, unam, illam ad omnia pericula obfirmatam præsentis animi tole-
 rantia Cæsaris P. F. FERDINANDI Patris, eiusdemq; appellationis nobilissimi ipsius Filij
 fortitudinē, uix Germaniam Christiani orbis arcem, sustinere amplius posse. licet nuper tam cla-
 ro iuuentutis Principe illo, non offensionibus belli sed uictorijs instituto, tanto Imperatore mili-
 tum, nullis stipendijs, sed diuinis trophæis erudito, fines Imperij huius æterni, ab excursionem im-
 manissimi tyranni, scæda perfidæ gentis clade securiores redditi sint, & propagati, Germanici no-
 minis ampla, et uitæ uirtutis percelebri uindicatione. Quam diuinitus datam uictoriã, manu
 fortium uirorum partã, quem Martis arridentis belliq; euentum lætiores, magno Reipublicæ
 bono atq; beneficio immortalī persequi posse, nisi detrimento uniuersitatis Christianæ negligē-
 re eam atq; prodere non posse, cum res ipsa declarat, te consilium opes ad sacrum hoc bellum, in

Christo uerum fratrem, pro patria, pro proximo denique omnia non modo ostendere sed etiam offerre, constans uiget rumor. Salue igitur ANTONI Princeps, Reipublicæ bono nate. Maeste uirtute tua: cuius studio uti efferar, cui gratuler ipsa suadet ratio, honestasq; postulat. Igitur gratulatio omnium ordinum meus consensus, deq; tua immortalitate opinio, quam libenter sese adiungat, ut approbem, diuinitus editionem hanc librorum Pici, mihi oblatam reputo ueluti certissimum huius meæ uoluntatis argumentum. Fuit siquidem, qui hæc scripsit, uir nobilissimus atq; honoratissimus, cui in omni doctrinarum genere, opes, præsidium, industria, ornamentum maximū attulere. Studiū uerò pietatis & bonarum literarum in ipso tantū, ut uix alterū & trigessimū uitæ annū attingens, quæ Patres Ecclesiæ pluribus seculis acutissime indagarunt: quæ Philosophi multis simulationū inuolucris abdidire: quæ numerosarum linguarum diuersitas artiumq; infinita uarietas præceptis, mysterijs, reconditis deniq; quibusdā ac ambiguis oraculis celabatur ipse patefecerit & illustrauerit, author certe luculentus & locuples, nam unico eo atq; modici corporis libro, quæ Heptaplū inscripsit de Deo, de Natura uniuersa, quicquid seculorum omnium sectæ statuerunt, simplici maiestate dictionis resecauit, imò tanta tamq; præclara dixit, ut ij qui maximum grauissimūq; nomen inter doctores habuerunt nihil omnino dixisse uideantur. Deniq; nullo non præconio maiore illū quis neget, cū Decceius Conclusiones legerit? quas edisseri, quotquot scientiarum periti hætenus fuerunt, an temptassent nescio, ex ijs certè qui sunt, neminè tantū oneris suscipere uelle credo: futuris autē hominibus, proculdubio studiū captu ingenij, infinitæq; cōcertationis labor grauis uidebitur. Eas tamē omnes, nisi obrectatū fuisset disputator subtilis, ratiocinationibus enucleare certioribus uolebat. Notū est quidē, cū Propositiones ponderosiores tam dextrè in Apologia sua, libera illa, defendat, oratione tamen modesta, quæ illi semper blanda fuit conciliatricula & studiorum & animorum honestorum, quibus lenocinjs etiā summorum Philosophorum, Platonis & Aristotelis, in libro de Ente & Vno, concordiam ostendit, cū in Epistolis ipsius sententiarum pondus, & sanctitatē excellentē quandā uidere liceat. Theologus quantus futurus erat, præter ponderosissimū Comentarium illud in XV. Psalmū, Regulæ dirigentes ostendūt: ubi unica pagella, hominis Christiani institutum omne expressit, quod multis & maximis uoluminibus nemo hætenus explicare aut præscribere potuit felicius. In homine exornādo, non imitabili usus est elequentia, quæ enim Periclis tonitrua non adæquat: quam Cæthegi suadā non exprimit. Maius illiade certè præstitisset aliquid, si ut carmine ita uita ualuisse: quod ex ipsa Depræcatoria ad Deū & illa in Beniueniū scripta Elegia claret. Ad summā autē hic noster, nullā fati uim, nullū fortunæ munus, nullos astrorum neq; exortus neq; occasus, ordini seriatim ex æternitate profluentis prouidentia anteponi posse contendit, eoq; accurata quadā & disquisita disputatione, non tam uanā illā ex astris diuinationē impugnat, q̄ cœli rationē, syderūq; cursus & motus certos docet. Reliqua uernaculæ linguæ eiusmodi sunt, ut Conuiuium Platonis illustrare atq; exornare multū possint. His itaq; studijs quibus à primis temporibus adolescentiæ tuæ animū tuū addixisti, negotiorum grauitate iadiū abductus ad ea tranquillioribus, temporibus, flagrantior & amore boni ardens te referes atq; illis incūbes auidius scio: ad manū igitur ut esset ANTONI Princeps, cuius præcepta iucundiora tibi foret authorq; gratus, hūc Picū tuo nomini inscribere uolui, donec tua amplitudine dignū aliquid ipse exararet. Nā quæ inter manus habemus, ut negotij otijq; per magni sunt, sic peregrinationē, prouinciarum quoq; Germaniæ nobiliorum peruestigationē requirunt, nec non documenta antiquitatis postulant ea, quæ in Tabularijs & Bibliothecis optimatiū asseruantur, quæ quidē non postremā huius meæ ad te descriptionis causam putes. Confusus nāq; clementia illa tua, ad exornādos nostros illos Efflorescētis Germaniæ Comētarios, pulcherrimarum rerū descriptiones, quas apud te extare nihil dubito, mihi te non denegaturum, persuasus sum: quando quidē DANIELIS VII uiri Moguntini, uiri quotquot fuerunt, uiuunt, aut post nos nascuntur in humanitate Principis, fauor atq; in me summa beneuolentia, idēq; largè mihi pollicentur in literas bonas literatosq; singulare illud studiū, Collegæ uestri à LAYEN IOANNIS VII uiri Treuirensis, unici & innocentiæ & integritatis exempli. Præstitit id sanè mihi nuper imò Reipublicæ detulit, homo quo solè puto digniorem non uidisse, qualē unum in toto orbe, hoc rerum statu extitisse mirandum est, VVOL VFF GANGVS uidelicet, Fuldenis sodalitiij instaurator & pater uerus. In hanc autē de te spē maximā ac uti cōfido certissimā adducor, uoluntate in me bona, grauissimi uiri GERLACHI ab ISENBVRG, qui quod nobili loco natus, amplissimisq; in sacris rebus, muneribus sit perfunctus, maximā autoritatē apud te habere debet, plurimum tamē hanc meā causā ANTONI Princeps tibi probare potest, ob morum sinceritatē, iudicij elegantiam, consiliorum fidem ac eam qua te colit obseruantiam. Restat de Cabala IOANNIS REVCHLINI uiri doctissimi, cōsiliū meum ut explicē, quod scriptum hic adiunximus operibus PICI, qui ut in cæteris ita hac in arte prorsus diuina, doctus & eruditus, principia quædam huius disciplinæ proposuerat, progressiones autem ac extrema eius scientiæ morte præuentus, euoluere non potuit. Cæterum Rhabenorum superstitionibus, & Philosophorum portentis uitiatā misereq; corruptā, REVCHLINVS, ut erat excellentis ingenij homo, omnium iudicio restituit atq; correxit deprauatā. Ea itaq; præcepta omnibus seculis pietissimum sanctorumq; hominum studijs exculta, tibi non ingrata fore existimaui, eoq; huic operi uti annexerentur, curauī. Pro tuo igitur ANTONI Princeps candore, qua librum hunc tibi offero, mentem uoluntatemq; meam, suscipe oro, atq; persuade tibi, obseruantiam illam in te meam, uirtutum tuarum certo iudicio susceptam, perpetuò me conseruare uelle. Magnus ille Deus noster, amplitudinem tuam, Reipublicæ diu seruet incolumem, Basileæ VIII.

Cal. Aprilis. Anno à nato Christo M,

D. LVII,